



I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM DA- NIÆ ET SVETIÆ.



FIDES rara est, inquit, & fortunam vel occasionem in pila volubili statuens, sentit hominum plerosq; , leves, ventosos & inconstantes: qui ut illa velum cum vento, cum fortuna animos mutant.

II. Hierographia simplex.

Regni insignia, Corona, globus, sceptrum, ensis Regibus aut calculis aut natalibus obvéniant; sed nisi à vigilantibus, non servantur. Certè nec navis oscitante hoc, qui clavum tenet.



Reges

Reges Daniarum et Suecorum

Ericus XIII. Sueviae Gothiae Vandaliae Rex

Gotfridus I. Sueviae Norvegiae Vandaliae Gothiae Rex.



Christiernus II. Daniae Norvegiae Zelandiae Gothiae Rex.

Christianus III. Daniae Norvegiae Zelandiae Gothiae Rex.



Nauarrorum Reges

Carolus Borbonius Nauarroy Rex

Ioannes Borbonius Nauarroy Rex.



III. Hiero

III. Hierographia simplex.

Deus dat, cui vult. Quid bone Rex? Sceptrum, inquit, quod de caelo vi-
des, pendere. Sed mi Rex, huius tibi ipse si fidem facere potuisses, non e-
regno in carcerem illapsus, vitam cum morte commutasses. Caterum non
regni modò, sed omnium bonorum, inter quæ, fortunæ bona, infimo sunt
gradu, Dator & præbitor est, rerum omnium dominus & omnium domi-
nans Deus. Quod ad laudem Dei copiosum est; apud studiosos Divinæ
laudis non necessarium: patet enim ut ab uno fluere numerum omnem; ita
unum & summum Bonum, esse causam & originem bonorum omnium,
corporis, animi, fortunæ, Et quæ his antè stant, ecclestium, immortalitatis &
beatitatis Animæ,

57.

IV. Hierographia simplex.

Nequidquam, nisi emissem. Militaris vox Regis ut apparet, acris in bel-
lo, & prudentis in foro. Frustra certè in pharetra sagittæ custodiuntur: ni,
cum opus fuerit: exemptæ vibrentur. Et cui usui sunt Regi ignavo, & , ut ju-
mento, visium suarum ignaro, vires? viri? exercitus? classes? regna? civita-
tes? Ac quod vox Regis latius audiatur: quid vecordi scientia? imprudenti,
rerum & Historiarum cognitio? Nil magis, quàm impudicæ; forma; latroni
vires: prodigo res, & si quid boni aliis aliud, quo non rectè norunt uti. Ita à
Regibus erudimur.

V. Hierographia simplex.

Aquilæ cum Dracone bellum esse perpetuum Plinius narrat. Nec opus
est teste. Observatur enim & demonstrationi perspicua, congrua est ratio.
Uterq; enim virtutum fiducia alteri, & quidem propter pabula, quæ Draco non
tantùm infestat, verùm etiam funestat, natura inimicus est. Atrox igitur bel-
lum sæpè exoritur, & quidem in aère, crediderim, ut animantibus & inani-
mis voluptati sit. Cùm illis Aquila, his etiam Draco infestus sit, & contactu
fædet omnia. Huius rei non ignarus Rex, Aquilam cum Serpente commit-
tit, hostium aliquem notans, quo cum bellum gereret, non cum Dracone, li-
cet & hic Serpens sit, atq; appelletur, quod hostem viliozem duceret, licet
frænum, quem cum Dracone compareret.

VI. Hierographia simplex.

F. quod S. complectitur est Friderici Filius, Arctoi. n. Patronymica ha-
bent non nomina aut cognomina, plane ut Græci, præter paucos. Quid e-
nim aliud? Æacidæ, quàm Ajacis? Pelopidæ, Pelopidis filii? Christiernis au-
tem III. erat Friderici filius, Son. enim ut Danis ferè, quemadmodum Ger-
manis Filius, Hæc de Hieroglyphico. Gnome vera est. Nam pietas in paren-
tes, non regnantium firmat, verùm etiam familias beat, ac perennat liberos

Debat autem præ cæteris, parenti Christiernus plurimum. Nam
Rege, propinquo ac domino suo, in exilium exacto,

regnum Daniæ occupat
Fridericus.

I. HIE.